



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

214. feria 5. de alijs sex stultitijs, quæ committuntur in bello adversus  
vitia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

384 *Feria 4. Domin. 6. post Pentecost.*  
*sta in iustitia, & in timore, & prepara animam*  
*tuam ad tentationem.*

*Conf. 2. Errorem 3. relinquere pericu-*  
*losiorem locum, & se munire in minus pericu-*  
*loso, v.g. infestatus luxuria munit se elee-*  
*mosyna relictis jejunijs, oratione, castigatio-*  
*ne; avarus jejunio, relictâ eleemosynâ. 4. Non*  
*jugulare initia Pl. 136. Parvulos non alliden-*  
*do ad Petram. Cant. 2. Vulpeculas non ca-*  
*piendo.*

*Conf. 3. Errorem 5. Reijcere arma in con-*  
*fliktu; dixit Philosophia Boetio: Talia tibi*  
*contuleramus arma, quæ nisi prius rejecisses, in-*  
*victâ te firmitate tuerentur: Id faciunt, qui*  
*veniente contumeliâ patientiam abijciunt.*  
*6. Pugnare totis viribus contra auxiliares*  
*copias nostras, tanquam hostes, cum sint a-*  
*micissimi v.g. contra omnia adversa in unum*  
*collecta, cum tamen & mala, & mors, & pau-*  
*pertas à Deo sint, Eccl. 11. Pro quibus gratiæ*  
*habendæ Deo; nos hæc infestamus, & ex ad-*  
*verso hostes proprium sensum, & voluntate*  
*tem fovemus.*

#### MEDITATIO CCXIV.

*Feria 5. Domin. 6. post Pentecost.*

*De alijs sex stultitijs, quæ commit-*  
*tuntur in bello adversus vitia.*

**A**spiciam alios sex errores, quibus abdu-  
cuntur

*Feria 5. Dom. 6. post Pentecost. 385*  
cuntur homines ad referendam victoriam  
à vitijs. Ex eodem Hugone. Petam eos in-  
telligere, & evitare.

*Conf. 1.* Errorem 7. cominus cum hoste  
pugnare, quò fiat fortior, cum dicatur: *Fu-  
gite fornicationem, 1. ad Cor. 6. 8. Velle  
contraria non curare contrarijs, sed simili-  
bus, ignem extinguere non aquâ, sed igne:  
Iram irâ, cum scriptum sit: Neli vinci à malo,  
sed vince in bono malo. Ad Rom. 12.*

*Conf. 2.* Errorem 9. clypeo perforato se  
tegere, hoc est, malorum exemplo se tueri, à  
quibus discere deberemus fugienda, non  
imitanda. 10. Sumere animos ex casu alio-  
rum, hoc est, majorum exemplo malo.

*Conf. 3.* Errorem 11. Repugnare, cum se-  
curius sine ictu vincere possimus, v g. tan-  
tùm sufferendo, juxta illud Exod. 14. *Vos ta-  
cebitis, & Dominus pugnabit pro vobis. Et  
Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas  
vestras. 12. Errorem: Se iptum hostili gla-  
dio transverberare, ut Saul directo ictu in-  
latus. Lib. 1. Reg. 31 Dæmon ictum appli-  
cat, sed non ultra procedit, nisi tu volens in  
gladium irrueris: igitur subtrahe cor.*

MEDITATIO CCXV.

*Feria 6. Domin. 6. post Pentecost.*

*De reliquis decem impedimentis in  
bello contra vitia.*

R

Aspiciam